

*hac combinatio fuit exasperata: ita in moerorem haud exiguum per obitum mariti ante duodecennium plus minus factum. Patientia sub tot aduersis decussatim quasi confligentibus exemplar amussitatum matronam hanc cequis ignorat? Nepotem CRAZII nostri allegat SCHVRZFLEISCHIVS epistolarum arcanarum tomo II. p. 62. 64. Posterius eius, quorum ultimus octogenario maior obiit, Haec Magdeburgicae floruerunt, Innotuit nostro aetate in exercitu Prussico legio *Craziana*, cuius memoriam inter nos nondum plane extinctam credo,*

XIX Praefari haec volui, quum auctoritate Amplissimi Senatus Berolinensis Vir Nobilissimus ac Doctissimus IO. PHIL. HEINIVS in munus Praeceptoris immittendus sit. Fiet hoc, quod felix faustum, & studiosae iuuentuti salutare sit, crastina, si DEVS dederit luce, praemissa oratione de crebris praceptorum mutationibus scholae saepe noxiis. Tum cathedram conscendet novus Praeceptor de limitibus fidei institutionis scholasticae dicturus. Hisce solemnibus scholasticis ut beneuole interesse dignentur, qui ingeniis fauent, eaque fouent, id vero est, quod omni qua decet obseruantia & humanitate peto atque contendo. P. P. Berolini in Gymn. Fridriciano ipsis
Calendis Iun. MDCCCLXII.



L. D. B. V.

DIE XIII APRILIS clō lccc XXXVI
HORA ANTE MERIDIEM X AVDITA
GYMNASIO FRIDRICIANO
TRES ACADEMIAE CANDIDATI
PIVM VALE DICENT
AD QVOS BENEVOLE AVDIENDOS

PRAEMISSA

IOACHIMI SCHEPLIZII
VITA
DEMISSE ET OMNI QVO POTEST STUDIO
INVITAT
GEORGIVS GOTHOFREDVS
KVSTERVS
RECTOR

BEROLINI

TYPIS CHRISTIANI ALBERTI GAEBERTI.

DE RE AGRARIA LIB. II. CAP. XXVII.

HOC AUTE MEMORIAM ET ADITUM

GONVASSIO BRUNNEMANNUS

TRES DOCTISSIMAS CANDIDATUS

TAM VALDE PUNCT

AD QVOD PRAESENTIAE AVDIENTIAE

CAUSAM

IOACHIMI SCHEPLIZII

DEMISSA ET OMNINO POTESTATIS

GEORGIVS GOTHORPVS

KASTERS

RECTOR

TYR CHRISTIANI APOSTOLI CANTUS



902486



Q. D. B. V.

1) *Marchia clarissimos habet ICTos, inter quos SCHEPLIZIVS est, cuius* 2) *patria, parentes, studia scholastica,* 3) *et academica recensentur,* 4) *itemque itinera, et in patriam reditus,* 5) *munera, et mores,* 6) *coniugium, libri* 7) *An auctoritate publica sint scripti? 8) admonitio Christi. Distelmeieri de statutis,* 9) *Mors SCHEPLIZII repentina.* 10) *Propositum.*

SCHEPLIZII, viri inter Marchiae ICTos nominatissimi vitam recensere animus est. Habet sane Marchia foecunda doctissimorum in omni studiorum genere virorum mater, quos ex iuris antistibus ostendet, BRVNNEMANNOS nimirum, CARPZOVIOS, COEPPENIOS, DIETEROS, KOHLIOS, DISTELMEIERS, GOLDBECKIOS, KETTWIGIOS, RADEMANNOS, RHETIOS, SCHVRRFIOS, SCHRADEROS, STRYKIOS, WEINLOBIOS, plurimosque alios legum vates celeberrimos, quibus nunc addam IOACHIMVM SCHEPLIZIVM, consuetudinum patriae interpretem diligentissimum.

II. Patria ei contigit Wittstochium, Prignitiae vrbs multis casibus defuncta, quae post ferale tristissimumque incendium feliciter resurrexit. Suscepit eum CHRISTOPHORVS SCHEPLI

SCHEPLIZIVS; Consul Wittstochiensis ex MARGARETHA BORNSTEDIA anno supra millesimum quingentesimum sexagesimo sexto, die XXV. Septembris. Carus parentibus filius studiis initiandus tradebatur ludi patrii præceptoribus, quumque lætos fecisset progressus, Misenam concedebat, illustris scholæ, quam diuus AVGVSTVS Saxo condidit, alumnis adscriptus.

III. Vbi quum per biennium substitisset, academias salutabat Vitebergensem, & Rostochiensem, inde anno secundo & nonagesimo dicti sæculi Basileam delatus, quæ & præceptores dedit iuris peritissimos, (iuris enim prudentiæ totum se dederat noster) & honores largita est, Licentiatique titulo ornatum IOACHIMVM nostrum dimisit.

IV. Vt confirmaret, quæ in scholis & academiis hauserat, famamque apud externos acquireret, iter suscepit, Italiamque & maximam Germaniæ partem perlustravit, quo facto in patriam rediit, cui se natum esse intelligebat SCHEPLIZIVS.

V. Redux in patriam factus plus vice simplici senator denominabatur, quam provinciam quum recusaret, anno superioris sæculi sexto a diuo IOACH. FRIDRICO Electore Brand. prætoris munus obire iussus est, quam quidem spartam maxima cum dexteritate ac fide ornauit, multorumque insuper Baronum & nobilium negotia gubernavit, symboli sui DEO & PATRIÆ nunquam immemor. Non possum facere, quin ea hoc loco repetam, quæ in laudatione funebri de SCHEPLIZIO nostro refert ERDM. SCHWARZKOPFIVS Wittstochiensium ephorus. Ita vero ille: Er war kein Grulhardus, that auch denen guts, die ihm übel thaten. Er war unser allgemeines Oraculum, bey welchem sich jedermann fonte Rathß erholen. Er war daneben glimpfflich u. sanfftmüthig, hörte die Leute gerne, auch den geringsten. Wie manchen Narren und groben Knorren ist er mit Glimpf und Sanftmuth begegnet,

net, und hat ihm die glimpfflichste Worte gegeben, der es auch doch nicht werth war. Interiectisque nonnullis pergit: Wir haben an Ihm gehabt nicht einen gemeinen, sondern hochbegabten und sehr nützlichen Mann. Ob Er gleich der letzte ist vom männlichen Geschlechte der Scheplizen, und gehet mit Ihm der Nahme und männliche Geschlechte dahin: dennoch lebet Er für Gott, und lebet auch in seinen nützlichen Schriften, die Er hat publiciret. Haftenus ille.

VI. Coniugium inibat sæculo XVII. ineunte cum ANNA FLOERINGIA, quam WOLTHERVS redituum Electoralium receptor viduam reliquerat. Sterile erat hoc matrimonium, & nulla foecundum prole: at enimvero, qui liberis augere patriam non poterat, libris auxit. Prostant enim

1 *Promptuarium iuris ciuilibis & feudalis, a. 1602. editum in forma octipertita.*

2 *Ägliche Statuta und Gewohnheiten der Chur und Marcke Brandenburg, gezogen aus den Churfürstlichen Reuerßen, so der Landschafft auf den Land-Tagen geben worden, auch Edicten, Mandaten, gedruckten Constitution, Cammer-Gerichts Reformation, Visitation Ordnung und Observationen Herrn Lambert Disstelmeieri, iam vero publicata, adiunctis nonnullis in locis additionibus, notisque non verbosis quidem, sed breuibus ac succinctis, qua tamen in praxi versantibus vsui esse possunt, cura & studio IOACHIMI SCHEPLIZ I. V. L. Iena sumtibus Grossii bibliop. Lipsiensis 1607. in forma quarta. Auctior hic liber prodit sub sequenti titulo:*

3 *Consuetudines Electoratus Marchie Brandenburgensis collectæ & illustratæ Lipsia sumtibus eiusdem Grossii 1617 in forma maiori.*

VII Librum SCHEPLIZII secundo & tertio loco adductum in foris Marchiæ quam sæpissime allegari nemo nescit. Quæstio igitur incidit: num hæ consuetudines auctoritate publica sint scriptæ? Vir illustris, qui sub GIOVANNI nomine latere voluit

voluit, ita sentit: a) *Scheplizii consuetudines neque publica auctoritate conscriptae sunt, neque mendis carent.* Nostrum equidem non est, tantas lites componere, quum hominum in scholæ umbra viventium persona propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractetur: verum enimvero id vnum adicere licebit, neque animum SCHEPLIZII quidem alium fuisse, nisi vt priuato nomine statuta, quorum memini, & consuetudines conscriberet. In Priuilegio quippe diui Electoris IOACH. FRIDRICI statutis pariter & consuetudinibus præfixo nominatur hoc *opus iuridicum*, wie es in Erbfällen, und sonst in unser Chur- und Marck zu Brandenburg gehalten werde, colligiret und zusammen gebracht, welches er auch nunmehr auf gedachter vornehmer Leute, aus guter unvorsencklicher Wohlmeinung mit ezlichen *notis* in latein. Sprache, diesem seinem Vaterland zur Wohlfarth, doch weiter nicht, denn *priuato nomine* in Druck zu geben entschlossen. In præfatione SCHEPLIZIVS ipse ita refert: *Ob id per me ipsum facile cernere potui, quid & quantum huic libello tribuendum, & qua auctoritate habendus sit. Verum enimvero hæc ita se habere vt inficias non eam; propterea tamen non existimo, opellas istas prorsus reiiciendas & contemnendas esse, quia vicissim vt mihi datur necesse est, non pauca in hoc libello perstringi & comprehendendi, quorum usus & obseruantia apud nos negari nequit.* Alio loco eiusdem præfationis hæc leguntur verba: *Ingenue autem fateor non solum, sed expresse & manifeste insuper protestor, me publicatione hac nemini ullum præiudicium inferre velle nec cupere: neque vniuersa illa, que hisce opellis continentur, eo loco habere, quasi omnia essent authentica, & strictè in decisione causarum instar Constitutionis & iuris municipalis sequenda, quam firmitatem quidem obtinerent, si publica præcedente deliberatione & auctoritate lucem aspexissent: sed quemadmodum alterius cuiusdam priuati hominis scripto & monumenta æstimari solent. Nisi me fallunt omnia, & vere & modestè satis de se sensit SCHEPLIZIVS.*

a) Germ. Principis Lib. 2. c. 5. p. m. 624.

VIII. Nec prætereundum est, CHRISTIANVM DISTELMEIERVM, LAMPERTI filium de statutis hisce SCHEPLIZIANIS quædam monuisse. Prostat enim Erinnerung von den neu ausgegangenen *Statutis* und Gewonheiten der Chur- und Marck Brandenburg Francofurti sumtibus auctoris 1608. 4. Vbi quædam monet, ita tamen, ne de SCHEPLIZII fama quicquam detrahatur, ohne einigen Nachtheil oder Verweiß des Ern Scheplizen, davon ich *debite protestire*. Negat DISTELMEIERVS hæc, quæ in titulo libri secundo loco allegati nominantur, obseruationes parentis sui esse, sed ERHARDI SCHEVBLINI Camerae Electoralis Aduocati & Consulis Berolinensis, additque, a dicto SCHEVBLINO non eo animo adornatas, vt imprimerentur, Cancellario autem non dignas esse, und wehre für eines so alten fürnemen Canslers Arbeit fast zu geringe, wie es mehr aus diesem erscheinet, das in die 20 bloße Titel und Fragen ohne Resolutionen gesetzt werden, die meinem seel. Vater nicht unweißend. In fine addit DISTELMEIERVS: Auf dieses sey einem jedem das iudicium von berührten *Obseruationibus*, die ich doch nicht versprochen haben wil, frey gestalt.

IX. Octo & viginti annos SCHEPLIZIVS noster muneri suo præfuerat, quum ex statione sua decedere iuberetur. Calculi enim doloribus grauiter excruciatu die XX Februarii anno superioris sæculi trigesimo quarto quod mortale habuit, deposuit. Sacris adhuc interfuerat die emortuali, domum vero redux, & pransus male habere se cœpit, paucisque horis post viuere desiit. Distichon hanc in rem confectum ita fuit!

SCHEPLIZIVS Themidos constans rectique satelles

Mane fuit sanus, vespere puluis erat.

X. Satis hoc sit dixisse de SCHEPLIZIO, de quo vt differerem, monuit triga optimæ notæ iuuenum, qui per tres fere annos Gymnasii Fridriciani alumni industrii almam nunc petunt Fridricianam. Quod vt rite fiat, pium vale dicent, Deo-

que

que, Patronis, & illis, per quos profecerunt, præmissis latino sermone orationibus publice gratias agent, & nominatim quidem


IO. CHRISTIANVS Zesch, Primislauiensis de studiorum delectu necessario disseret,

GEORGIVS FRIDRICVS Thieme, Custrinensis nomina quædam, quibus academiæ insigniri non abs re solent, recenset,

IO. GEORGIVS Pache, Crosnensis ideam boni studiosi repræsentabit.

2 IO. FRID. Zimmermann, Berolinensem
3 qui academiæ candidatos optimis omnibus prosequetur.

Quos die crastino audita hora X ante meridiem dicturos, itemque ut beneuole audiant MAECENATES litterarum, PATRONI, FAVTORES, CVLTORESque, suis quisque titulis laudibusque condecorandi, id vero est, quod vehementissime etiam atque etiam peto & contendo, felices abiturientibus studiorum academicorum successus ex animo precatus. P.P. in
Gymn. Fridriciano a. d. XII Aprilis
clō 1000 XXXVI.



3. 4

2. D. B. V.

HISTORIAM COLLOQVII

CVM
IOACH. STEGMANNO
IN ARCE SPANDOVIENSI ANNO M DC XXVI
HABITI
PRÆMITTIT
ET NOVI CONRECTORIS IN GY-
MNASIO FRIDRICIANO
INAUGVRATIONEM
DIE XXX IANVAR. clō 1000 XXXIII
RITE INSTITVENDAM
INDICIT
GEORGIVS GOTHOFREDVS
KVSTERVS
GYMN. FRID. RECTOR ET REGIAE SOCIET.
SCIENTIARVM COLLEGA.

BEROLINI
LITTERIS CHRISTIANI ALBERTI GAEBERTI.